

veneant centuriatus, atque venierint? Quid hunc hominem magnum, aut amplum de republicâ cogitare, qui pecuniam ex ærario depromptam ad bellum administrandum, aut propter cupiditatem provinciæ magistratibus diviserit, aut propter avaritiam Romæ in quæstu reliquerit? Vestra admurmuratio facit, Quirites, ut agnoscere videamini, qui hæc fecerint. Ego autem neminem nomino. Quare irasci mihi nemo poterit, nisi qui antè de se voluerit confiteri. Itaque propter hanc avaritiam imperatorum, quantas calamitates, quocumque ventum sit, nostri exercitus ferant, quis ignorat? Itinera, quæ per hosce annos in Italiâ per agros, atque oppida civium romanorum nostri imperatores fecerunt, recordamini; tum facilius statuetis, quid apud exterâs nationes fieri existimetis. Utrum plures arbitrâmini per hosce annos militum vestrorum armis, hostium urbes, an hibernis, sociorum civitates esse deletas? Neque enim potest exercitum is continere imperator, qui se ipsum non continet: neque severus esse in judicando, qui alios in se severos esse iudices non vult.

las capitanías? Cómo podemos pensar que tenga pensamientos grandes, y elevados en orden al bien público el que ó por el deseo del gobierno repartió entre los magistrados el dinero, que se le dió del erario para los gastos de la guerra, ó le dejó puesto á ganancias en Roma por avaricia? Vuestro murmullo, Caballeros Romanos, me dá á entender, que reconoceis quienes lo han hecho. Mas yo no nombro á ninguno: y así nadie se podrá resentir de mí, sino el que quiera confesar antes, que él es comprendido. Y quien ignora cuantas calamidades llevan nuestros ejércitos, adonde quiera que llegan, por esta avaricia de los generales? Traed á la memoria las marchas, que por estos años hicieron estos en la Italia por las tierras, y lugares de los Ciudadanos Romanos. Entonces determinaréis mas fácilmente que debais pensar que sucede en los países estrangeros. Acaso os parece que son mas las ciudades de enemigos destruidas estos años por las armas de vuestros soldados, que las que de los aliados dejaron asoladas en los cuarteles de invierno? Porque no es posible, que mantanga en disciplina su ejército un general, que no se contiene á sí mismo: ni que sea severo juez de otros el que no quiere que los demas sean jueces severos contra él.

Hic miramur, hunc hominem tantum excellere cæteris, cujus legiones sic in Asiam pervenerunt, ut non modò manus tanti exercitûs, sed ne vestigium quidem cuiquam pacato nocuisse dicatur? Jam verò, quemadmodum milites hibernent, quotidie sermones, ac litteræ perferuntur. Non modò, ut sumptum faciat in militem, nemini vis affertur, sed ne cupienti quidem cuiquam permittitur. Hiemis enim, non avaritiæ, perfugium majores nostri in sociorum atque amicorum tectis esse voluerunt.

20. Age verò, cæteris in rebus quali sit temperantiâ, considerate. Undè illam tantam celeritatem, et tam incredibilem cursum inventum putatis? Non enim illum eximia vis remigum, aut ars inaudita quædam gubernandi, aut venti aliqui novi, tam celeriter in ultimas terras pertulerunt. Sed hæ res, quæ cæteros remorari solent, non retardârunt: non avaritia ab instituto cursu ad prædam aliquam devocavit, non lipido ad voluptatem, non amœnitas ad delectationem, non nobilitas urbis ad cognitionem, non deniquè labor ipse ad quiteam.

Ahora estrañaremos que sea tan superior á los demás este hombre, cuyas legiones llegaron al Asia de manera que, segun dicen, no solo las manos, mas ni aun las pisadas de ningun soldado en un tan numeroso ejército hicieron el mas leve daño á ninguno de los que estaban de paz? Mas del modo con que inviernan vuestras tropas, cada dia nos están llegando noticias y cartas; lejos de obligar á nadie á gastar con la tropa, ni aun queriendo alguno se le permite gastar nada. Porque la intencion de nuestros mayores fué, que sirvieran las casas de los aliados y amigos para abrigo de las inclemencias del invierno, no para saciar la avaricia.

20. Pasemos adelante, y consideremos su templanza en todo lo demas. ¿De donde juzgais, que provino aquella tan gran velocidad, y aquella tan increíble ligereza? Pues no le llevaron en tan breve tiempo á las últimas tierras del orbe, ó la estraordinaria fuerza de los remeros, ó algun arte no oido de navegar, ó algunos vientos nuevos. Si no que no le detuvo á él lo que suele detener á los otros: no le apartó de la carrera comenzada la avaricia para hacer algun pillage, ó el antojo para buscar el deleite, ó la amenidad para la recreacion ó la nobleza de alguna ciudad para verla, ó finalmente el mismo trabajo para tomar algun descanso. Por último las estátuas, pinturas, y

Postremò signa, et tabulas, cæteraque ornamenta græcorum oppidorum, quæ cæteri tollenda esse arbitrantur, ea sibi ille nevissenda quidem existimavit. Itaque omnes quidem nunc in his locis Cn. Pompeium, sicut aliquem non ex hâc urbe missum, sed de cœlo delapsum, intuentur: nunc deniquè incipiunt credere, fuisse homines romanos hâc quondam abstinentiâ: quod jam nationibus exteris incredibile, ac falsò memoriâ proditum videbatur. Nunc imperii nostri splendor illis gentibus lucet; nunc intelligunt, non fine causâ majores suos tum, cum hâc temperantiâ magistratus habebamus. servire populo romano, quàm imperare aliis, maluisse.

21. Jam verò ita faciles aditus ad eum privatorum. ita liberæ querimoniæ de aliorum injuriis esse dicuntur; ut is, qui dignitate principibus excellit, facilitate par infimis esse videatur.

22. Jam, quantum consilio, quantum dicendi gravitate, et copiâ valeat, in quo ipso inest quædam dignitas imperatoria, vos, Quirites, hoc ipso in loco sæpè cognostis,

demas ornamentos de las ciudades de la Grecia, que los demas juzgan que se deben tomar, este ni aun juzgó, que se debia parar á verlos. Y así todos en estas partes miran hoy á Cn. Pompeio, como á un hombre, no enviado de esta ciudad, sino bajado del cielo: ahora por fin comienzan á creer, que hubo en otro tiempo romanos de este desinterés: cosa que ya parecia increíble, y fabulosa á las naciones estrangeras. Ahora sí que logra nuestro imperio toda su brillantez entre aquellas gentes: ahora sí que entienden, que no sin motivo sus antepasados en un tiempo, en que tenian nuestros magistrados esta templanza quisieron mas estar sujetos al P. R. que mandar á otros.

21 Acerca de su llaneza se dice que es tan accesible á los particulares; y que tienen todos tanta libertad para quejarse á él de las injurias de los otros, que el que por su dignidad sobresale entre los príncipes, en su apacibilidad y agrado parece uno de los mas humildes.

22. Pues la fuerza de su consejo, y de sus graves y elocuentes discursos (prendas, que dán cierta dignidad á un general) vosotros, Caballeros Romanos, la habeis experimentado en este mismo puesto muchas veces.

23. Fidem verò ejus inter socios quantum existimari putatis, quam hostes omnium gentium sanctissimam judicârint? Humanitate jam tantâ est, ut difficile dictum sit, utrùm hostes magis virtutem ejus pugnantem timuerint, an mansuetudinem victi dilexerint. Et quisquam dubitabit, quin huic tantum bellum hoc transmittendum sit, qui ad omnia nostræ memoriæ bella conficienda divino quodam consilio natus esse videatur?

24. Et quoniam auctoritas multum in bellis quoque administrandis, atque imperio militari valet; certè nemini dubium est, quin eâ re idem ille imperator plurimum possit. Vehementer autem pertinere ad bella administranda, quid hostes, quid socii de imperatoribus vestris existiment, quis ignorat, cum sciamus, homines in tantis rebus, ut aut contemnant, aut metuant, aut oderint, aut ament, opinione non minus fanæ, quam aliquâ certâ ratione, commoveri? Quod igitur nomen unquam in orbe terrarum clarius fuit? Cujus res gestæ pares? De quo homine vos (id quod maximè acit auctoritatem) tanta, et tam præclara

25. De su fidelidad en cumplir sus palabras ¿qué concepto pensais que tienen hecho los aliados, cuando hasta los enemigos de todas las naciones (31) han reputado por sacrosanta su palabra? Pues su humanidad es tanta, que es difícil asegurar, si han temido mas su valor los enemigos en la batalla, que amado su mansedumbre despues de vencidos? Y habrá quien dude que se deba encargar esta guerra tan temible á un hombre nacido al parecer por especial providencia del cielo para terminar todas las de nuestro tiempo?

24. Y en cuanto á la autoridad, que tambien es muy del caso en las guerras, y en la persona de un general, ciertamente ninguno duda cuan poderosa sea la que este tiene. Mas, que importa mucho para hacer las guerras el concepto que los enemigos y aliados forman de vuestros generales, quien hay que lo ignore, cuando sabemos, que los hombres en asuntos de tanta monta se dejan llevar al desprecio ó respeto, al odio ó al amor, no menos de la opinion de la fama, que de algun motivo cierto pues ¿qué nombre fué jamás mas celebrado en el mundo? ¿Qué hazañas iguales á las suyas? ¿De qué sugeto juzgasteis vosotros tan alta, y ventajosamente, que es lo que mas autoriza á un sugeto

judicia fecistis ?

An verò ullam usquàm esse oram tam desertam putatis, quò non illius diei fama pervaserit, cùm universus populus romanus, referto foro, repletisque omnibus templis, ex quibus hic locus conspici potest, unum sibi ad commune omnium gentium bellum Cn. Pompeium imperatorem deposcit? Itaque, ut plura non dicam, neque aliorum exemplis confirmem, quantum hujus auctoritas valeat in bello; ab eodem Cn. Pompeio omnium rerum egregiarum exempla sumantur; qui quo die à vobis maritimo bello præpositus est; imperator, tanta repente vilitas annonæ ex summâ inopiâ, et caritate rei frumentariæ consecuta est unius hominis spe, et nomine, quantam vix ex summâ ubertate agrorum diuturna pax efficere potuisset.

Jàm acceptâ in Ponto calamitate ex eo prælio, de quo vos paulò antè invitus admonui; cùm socii pertinuissent, hostium opes, animique crevissent, cùm satis firmum præsidium provincia non haberet; amisissetis Asiam, Quirites, nisi ad ipsum discrimen ejus temporis divinitus Cn. Pom-

¿Acaso pensáis que hay en todo el mundo alguna costa tan desierta, adonde no haya llegado la fama de aquel dia, en que todo el pueblo romano llenando por la plaza, y todos los templos, desde donde se alcanza á ver este puerto, pidió á solo Cn. Pompeio por general contra los enemigos comunes de todas las naciones? Y así para no decir mas, y no confirmar con ejemplos ajenos la fuerza de su autoridad en la guerra: acudamos al mismo Cn. Pompeio para todo lo que sea cosa grande y señalada. En el dia mismo, en que fué nombrado por general contra los piratas, de repente bajó tanto el precio de los granos despues de una suma escasez y carestía, solo con la esperanza y nombre de un solo hombre, cuanto no hubiera podido hacer una larga paz despues de abundantísimas cosechas.

Despues de la rota recibida en el Ponto, en la batalla, que poco há bien contra mi voluntad os traje á la memoria, habiéndose llenado de temor los aliados, y aumentadose el ánimo y fuerzas de los enemigos, no hallándose la provincia con las suficientes para su defensa, hubierais perdido el Asia, Caballeros Romanos, si la fortuna del pueblo romano no hubiera

peium ad eas regiones fortuna populi romani attulisset. Hujus adventus, et Mithridatem insolitâ inflammatum victoriâ continuit, et Tigranem magnis copiis minitatem Asiæ retardavit. Et quisquam dubitabit, quid virtute perfecturus sit, qui tantum auctoritate perfecit? aut quàm facile imperio, atque exercitu socios, et vectigalia conservaturus sit, qui ipso nomine, ac rumore defenderit?

25. Age verò, illa res quantam declarat ejusdem hominis apud hostes populi romani auctoritatem, quod ex locis tam longinquis, tamque diversis tam brevi tempore omnes unâ huic se dediderunt? quòd Cretensium legati, cum in eorum insulâ noster imperator, exercitusque esset, ad Cn. Pompeium in ultimas propè terras venerunt, eique se omnes Cretensium civitates dedere velle dixerunt? Quid? idem iste Mithridates nonne ad eundem Cn. Pompeium legatum usque in Hispaniam misit? Eum, quem Pompeius legatum semper judicavit: ii, quibus semper erat molestum, ad eum potissimum esse missum, speculatorem, quàm legatum, judicari maluerunt.

llevado por disposicion divina al tiempo crítico á Cn. Pompeio á aquellas regiones. Su llegada contuvo á Mitridates, lleno de insolente ardor con la victoria, á que no estaba acostumbrado, y detuvo á Tigranes, que amenazaba echarse sobre el Asia con un grueso número de tropas. ¿Y habrá quien dude de lo que acabará con su valor, quien acabó tanto con su autoridad ó de la facilidad con que conservará los aliados y tributos con el mando y ejército, quien con solo el nombre y fama los defendió?

25. ¿Y cuanto declara la autoridad del mismo para con los enemigos del pueblo romano el habersele entregado todos de comun acuerdo en tan breve tiempo desde parages tan remotos, y tan apartados entre sí? ¿el haber ido á buscar á Cn. Pompeio casi al fin del mundo los embajadores de los Cretenses, y esto en el mismo tiempo, en que se hallaba en su isla nuestro general y ejército y haberle dicho, que querian entregarle todas las ciudades de Creta? ¿Y aun el mismo Mitridates no envió al mismo Cn. Pompeio hasta la España un embajador? pues por tal le tuvo siempre Pompeio, aunque los que sentian que se le hubiese enviado á él mas bien, que á otro, quisieron mas que pasase por espía, que por embajador. Ya estais pues en estado de determinar, Caballeros Romanos, cuanta será la autoridad de Pompeio para con aquellos reyes

Potestis igitur jam constituere, Quirites, hanc auctoritatem multis postea rebus gestis; magnisque vestris judiciis amplificatam, quantum apud illos reges, quantum apud exterarum nationum valituram esse existimetis.

26. Reliquum est ut de felicitate (quam præstare de se ipso nemo potest, meminisse et commemorare de altero possumus) sicut æquum est homini de potestate deorum, timidè et pauca dicamus. Ego enim sic existimo, Máximo, Marcello, Scipioni, Mario, et cæteris magnis imperatoribus, non solum propter virtutem, sed etiam propter fortunam, sæpius imperia mandata, atque exercitus esse commissos. Fuit enim perfectò quibusdam summis viris quædam ad amplitudinem, et gloriam, et ad res magnas benè gerendas divinitus adjuncta fortuna. De hujus autem hominis felicitate, de quo nunc agimus; hæc utar moderatione dicendi, non ut in illius potestate fortunam positam esse dicam, sed ut, præterita meminisse, reliqua sperare, videamur, ne aut invisæ diis immortalibus oratio nostra, aut ingrata esse videatur.

y para con las naciones estrangeras, hallándose engrandecida con las hazañas posteriores, y con los grandes testimonios, que vosotros disteis del concepto, que teniais de él.

26. Resta que hablemos con brevedad, y respeto, como corresponde á un hombre acerca del poder de los dioses, sobre la felicidad, que nadie puede asegurar de si mismo, mas si se puede traer á la memoria hablando de otro. Porque yo pienso así, que á Máximo, Marcelo, Scipion, Mario, y á los demas grandes generales, se les dió el mando, y se les encargaron los éjercitos muchas veces, no solo por respeto á su valor, sino tambien en atencion á su fortuna. Porque es sin duda, que el cielo se la concedió á algunos hombres grandes para arribar á la grandeza y gloria, y acabar grandes empresas. Mas acerca de la felicidad del sujeto, de quien tratamos, hablaré con tiento, no de modo que diga, que tiene á su disposicion la fortuna; mas en términos que parezca, que tenemos presente lo pasado, y esperamos lo que resta; para que así no sea ú odioso ó ingrato nuestro discurso á los dioses inmortales.

Itaque non sum prædicaturus, Quirites, quantas ille res domi militiæque, terrâ marique, quantâque felicitate gesserit; ut ejus semper voluntatibus non modò cives assenserint, socii obtemperârint, hostes obedierint, sed etiam venti tempestatesque obsecundârint. Hoc brevissimè dicam, neminem unquàm tam impudentem fuisse, qui à diis immortalibus tot et tantas res tacitus auderet optare, quot et quantas dii immortales ad Cn. Pompeium detulerunt, Quod ut illi proprium ac perpetuum sit, Quirites, cùm communis salutis atque imperii, tum ipsius hominis causâ (sicuti facitis) velle et optare debetis.

Quare cùm et bellum ità necessarium sit ut negligi non possit, ità magnum ut accuratissimè sit administrandum, et cùm ei imperatorem præficere possitis in quo sit eximia belli scientia, singularis virtus, clarissima auctoritas, egregia fortuna: dubitabit, Quirites, quin hoc tantum boni quod vobis à diis immortalibus oblatum et datum est, in rempublicam conservandam atque amplificandam conferatis?

Quòd si Romæ Cn. Pompeius privatus es-

Y así no os he de ponderar, Caballeros Romanos, sus grandes acciones en paz, y en guerra, por tierra, y mar, y su grand felicidad en ellas: como su voluntad ha tenido siempre el asenso de los ciudadanos, prontos los aliados, obedientes á los enemigos, y sujetos los vientos y tempestades. Solo diré en dos palabras, que jamás hubo hombre tan desvergonzado, que se atreviese á desear, dentro de su corazon, de los dioses inmortales tantos y tan señalados favores, como estos han hecho á Cn. Pompeio. Lo cual debeis, Caballeros Romanos, querer, y desear lo conserve siempre, no solo por respeto al bien comun y al imperio, sino tambien por el mismo Pompeio, como así lo haceis.

Por lo cual, siendo la guerra tan necesaria, que no se puede dejar, y tan temible, que se debe hacer con el mayor cuidado, y pudiendo darse el mando á un sujeto, en quien concurren un gran conocimiento del arte militar, un valor singular, una tan brillante autoridad, y una dicha señalada; dudareis, Caballeros Romanos, emplear este gran bien, que os han ofrecido, y dado los dioses inmortales, en la conservacion, y aumento del imperio?

Y aun quando Pompeio se hallase en esta sazón en



set hoc tempore ; tamen ad tantum bellum is erat deligendus atque mittendus. Nunc, cum ad cæteras summas utilitates hæc quoque opportunitas adjungatur, ut in iis ipsis locis adsit, ut habeat exercitum, ut ab iis, qui habent, accipere statim possit : quid expectamus ? aut cur non, ducibus diis immortalibus, eidem, cui cætera summâ cum salute reipublicæ commissa sunt, hoc quoque bellum regium committimus ?

## REFUTATIO.

27. At enim vir clarissimus, amantissimus reipublicæ, vestris beneficiis amplissimis affectus, Q. Catulus ; itemque summis ornamentis honoris, fortunæ, virtutis, ingenii præditus, Q. Hortensius, ab hæc ratione dissentiant ; quorum ego auctoritatem, apud vos multis locis plurimum valuisse, et valere oportere confiteor ; sed in hæc causâ, tametsi cognoscitis auctoritates contrarias virorum fortissimorum et clarissimorum, tamen, omissis auctoritatibus, ipsâ re et ratione exquirere possumus verita-

Roma de particular, deberia sin embargo ser elegido, y enviado á una guerra de tanta consideracion. Mas ahora, que á las demas conveniencias, que son grandisimas, se alega tambien la favorable coyuntura de hallarse en aquellas mismas partes, de tener ejército, de poder recibir al punto el que tienen los otros ; á que aguardamos, ó por que razon no encomendamos, guiados de los dioses inmortales, esta guerra contra reyes al mismo, á quien se han encargado las demas para tanto bien de la república ?

## REFUTACION.

27. Mas no piensa de esta manera el esclarecidísimo Q. Cátulo, celosísimo patriota, á quien vosotros habeis colmado de favores, ni Q. Hortensio, sugeto no menos distinguido por sus honores, fortuna, virtud y talento. Confieso, que la autoridad de estos sugetos os há sido en muchas ocasiones de gran peso, y es razon, que así sea ; mas en la presente, aunque veis de contrario dictámen á tan esforzados y esclarecidos hombres, podemos no obstante, dejándonos de autoridades, averiguar la verdad por la cosa misma, y por la razon, y tanto mas fácilmente, quanto esos mismos convienen, en que es cierto todo lo que llevo dicho,

tem; atque hoc facilius, quòd ea omnia, quæ adhuc à me dicta sunt, iidem isti vera esse concedunt; et necessarium bellum esse, et magnum, et in uno Cn. Pompeio summa esse omnia.

Quid igitur ait Hortensius? Si uni omnia ribuenda sunt, unum dignissimum esse Pompeium; sed ad unum tamen omnia deferri non oportere. Obsolevit jam ista oratio, re multò magis quàm verbis refutata. Nam tu idem, Q. Hortensi, multa pro tuâ summâ copiâ, ac singulari facultate dicendi, et in senatu contrà virum fortem A. Gabinium graviter ornatèque dixisti, cùm is de uno imperatore contrà prædones constituendo legem promulgasset; ex hoc ipso loco permulta item contra legem eam verba fecisti. Quid? tùm, per deos immortales! si plus apud populum romanum auctoritas tua, quàm ipsius populi romani salus, et vera causa valisset, hodiè hanc gloriam, atque hoc orbis terræ imperium teneremus? An tibi tùm imperium esse hoc videbatur, cùm populi romani legati, prætores, quæstoresque capiebantur? cùm ex omnibus provinciis commeatu et privato, et publico

asi el que es precisa la guerra, y de consideracion, como el que solo Cn. Pompeio es consumado en todo.

¿Qué es pues lo que dice Hortensio? que si todo se ha de encargar á uno solo, ninguno tan acreedor como Pompeio; mas que no es conveniente, que á uno se le encargue todo. Ya no vale ese alegato, que las obras mucho mejor que las palabras, han refutado. Porque tú mismo, Q. Hortensio, hablaste en el senado larga, grave y elegantemente segun tu afluencia suma, y singular elocuencia, oponiéndote al esforzado Aulo Gabinio, que habia promulgado ley para nombrar á uno solo por general contra los piratas; y aun mucho mas te alargaste contradiciendo desde este mismo puesto dicha ley. ¿Que, si entonces, dioses eternos! ¿si entonces hubiera hecho mas fuerza al pueblo romano tu autoridad, que su propia conservacion, y la razon, nos veriamos ahora con esta gloria, y este imperio del orbe, que tenemos? ¿Acaso te parecia á tí imperio este, cuando nos cogian los legados del pueblo romano, los Pretores, y Questores? ¿cuando estaba cortado el paso á los convoyes de todas las provincias así públicos, como particulares? ¿y cuando estaban tan infestados todos los mares, que á ningun negocio ultramarino, ni

prohibebamur? cùm ità clausa erant nobis omnia maria, ut neque privatam rem transmarinam, neque publicam jam obire possemus!

28. Quæ civitas antea unquam fuit, non dico Atheniensium, quæ satis late quondam mare tenuisse dicitur; non Carthaginensium, qui permultum classe maritimisque rebus valuerunt; non Rhodiorum, quorum usque ad nostram memoriam disciplina navalis et gloria remansit: quæ civitas unquam antea tam tenuis, quæ tam parva insula fuit, quæ non portus suos, et agros, et aliquam partem regionis, atque oræ maritimæ per se ipsa defenderet? At hercle aliquot annos continuos ante legem Gabiniam ille populus romanus, cujus usque ad nostram memoriam nomen invictum in navalibus pugnis permanserat, magnâ, ac multo maximâ parte non modo utilitatis, sed dignitatis atque imperii caruit.

Nos, quorum majores Antiochum regem classe, Persenque superârunt, omnibusque navalibus pugnis Carthaginenses, homines in maritimis rebus exercitatissimos paratissimosque vicerunt; ii nullo in loco jam

propio, ni del estado, podiamos acudir?

28. ¿Qué ciudad há habido hasta ahora, no hablo de la de Atenas, de quien se dice que fué en tiempos pasados señora de un vasto espacio de mar, ni de la de Cártago, cuya marina estuvo muy pujante, ni de la de Rodas, cuya disciplina y gloria naval duraron hasta nuestros dias; sino de las mas débiles y pequeñas: ¿qué isla ha habido tan reducida, que no bastase por sí sola á defender sus puertos, campos, y alguna parte de su costa marítima? Pues á fé mia que por algunos años seguido antes de la ley Gabinia aquel pueblo, romano, que habia conservado la fama de invencible por mar hasta nuestros dias, estuvo privado de gran parte, ó de casi toda su utilidad, dignidad y señorío.

Nosotros, cuyos mayores vencieron en batalla naval á Antiocho, y á Perseo, y batieron en todos los combates á los Cartagineses, aunque eran los mas prácticos, y mas aguerridos por mar, ya no podiamos en ninguna parte resistir á los piratas. Nosotros mismos,